

2 Circa hanc conciliarem decisionem eiusque praxim, & intellectionem plura nobis se offerunt declaranda: Primum, an omnia praed. denunciationibus, non tamen remissis ab Ordinario, matrimonium celebratum coram parochio, & testibus sit validum? Hanc quaestionem late examinavimus in nostro tractatu de *Invamento confirmatorio*, prima parte, cap. 51. numero 25. & resoluimus contra plures cura veriori, & receptiore, & in praxi obtenta sententia praed. matrimonium esse validum: quia praed. denunciations, etsi sint de praecocepto, non tamen sunt de essentia & substantia matrimonij, ut patet ex verbis Concilij statim sequentibus ibi: quia aliter, quam praesente parochio, vel alio Sacerdote, de ipsius parochio, seu Ordinarij licentia, & duobus, vel tribus testibus matrimonium contrahere attentabunt, &c. ubi ad valorem formalem matrimonij non requirit illud de denunciationibus, quod praemisit: probatur etiam, quia olim validum erat huiusmodi matrimonium omittis denunciationibus, ut definitur in d. Sancto Concilio Tridentino: ergo & hodie, quia nihil innovatur, circa hoc, sed id quod statutum erat in Concilio Lateranen. quia in desuetudinem passim abiit, in praxim obligationem, & statum Concilium Tridentinum reseruit, ut patet ex eius verbis modo relatis, ibi: Sacri Concilij Lateranensis vestigijs inhaerendo.

3 Deinde speciale est in matrimonio, ne ex simplici prohibitione absque clausula irritante annulletur, *Decem in cap. secundo, de testib. numero 17. in versic. secus si temporalis sit*: Nota novissima *diversorum* 101. 1. decisionem 750. numero 3. Thom. Sanchez de matrimonio lib. 3. dissertatione 5. sub numero 3. sed Decretum irritans super hoc non ponitur in Concil. Tridentino: ergo validum proculdubio est matrimonium coram parochio, & testibus omittis denunciationibus celebratum: quam etiam sententiam probavimus de *Invamento confirmatorio*, prima parte, cap. 51. numero 25. & lib. 2. praeterea, quaestione quarta, numero 18. & plures alios citans, & nos sequitur novissime Thom. Sanchez d. numero tertio, nec non plurimos idem tenentes congerens contra Menoch. & alios Zeuallos *praeterea, quaestione Comm. contra Commun. quaestione 604. num. 48.*

4 Secundo est observandum peccatum esse mortale, denunciations praedictas absque debita dispensatione omittente, ut docuimus de *Invamento confirmatorio*, prima parte, cap. 51. numero 29. & tenet Alphons. à Veracrucce in appendice, ad *Specul. coniug. dubio 11. & Salzed. in addit. ad praeterea, crimin. Bernardi Diaz de Lugo, cap. 73. additio 2. versic. quintus est. in suo Specul. testam. glossa 15. numero 26. Didac. Perez in l. prima, titulo 1. lib. 5. Ordinarum, columna 2d. ad fin. Petr. de Ledesma de matrim. quaestione 45. articulo 5. pagina 186. versic. sed aliud est dubium, Doctor Molin. de *Hispan. primos, lib. 2. cap. 16. numero 20.* ubi etiam loquitur, quando contraxerunt invalide, quos refert. & sequitur Zeuall. in d. conclusione 604. num. 85. & alios plures referens Thom. Sanchez d. dissertatione quinta, numero 6. aduersus Sotum, & numero septimo limitat, quando certum esset moraliter nullum subesse impedimentum, & parochus omittet aliquam ex tribus denunciationibus, vel ante matrimonium, vel postea ante eius consummationem cum Veracrucce, & Petro de Ledesma, quos refert: ex iusta namque causa contrahendi sine denunciationibus non est peccatum eas omittente, ut cum Didac. Perez, & Spino *ubi supra* tenet Zeuallos etiam *ubi supra, num. 87.* Addit similiter Sanchez *ubi supra* esse mortale, si non fierent denunciations in parochia, utrimque contrahentis: improbaturque Enriquez dicentem esse peccatum mortale, nisi fiant tribus*

festis continuis, licet fiant ter interpolate, quia contrahentur praecocepto Concilij Tridentini: sed hoc rigidum videtur, ut bene inquit Sanchez, quia materia non adeo grauis apponet, nisi magnam intercederet spatium inter vnam, & alteram denunciationem.

5 Tertio obseruandum est, omittis alius opinionibus: denunciations praed. faciendas esse in vtriusque contrahentis parochia, quando diuersarum parochiarum sunt, ut patet ex d. Decreto Concilij in illis verbis: ter à proprio contrahentium parochio, quod etiam postulat finis ob quem praed. denunciations praecipitur fieri, nempe, ut scientes contrahentium impedimenta, illa detegant: & in terminis ita tenet Segura de Aualos dicens, sic declarasse Cardinales in *secunda parte sui Directorij, c. 16. num. 19. Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 7. numero primo, Petrus de Ledesma de matrim. quaestione 45. articulo 3. puncto 3. Manuel Rodrig. in prim. tom. sua Summa in secunda editione, cap. 217. numero sexto, & ita sit quoti-die, ut videmus, & praxis ipsa testatur secundum Thom. Sanchez lib. 3. de matrim. disp. 6. numero 4. debentque fieri à proprio contrahentium parochio, vel alio Clerico de ipsius licentia, ut tenent DD. in cap. final. de clandest. dispensat. & probatur à fortiori in dicto Decreto Concilij, ibi, vel alio Sacerdote de ipsius parochi, seu ordinarij licentia, & ita se quoque habet praxis communis, & tenet ubi supra Manuel, & Sanchez num. 5.*

6 Quarto, quod debent ha denunciations fieri in vtriusque parochijs, ubi diuvs versati sunt contrahere volentes, & principaliora habent laerem, & verisimilius est fore, quod fiantur impedimenta, & ita merito Innocentius, & communiter Scribentes in d. cap. final. & Greg. Lopez in l. 1. verb. en la Iglesia, titulo 3. partida 4. affirmant faciendas esse in Ecclesia ubi est parentum vtriusque antiqua habitatio, quia ibi melius scientur impedimenta, & ita etiam tenet Segura *ubi supra, c. 16. num. 19.* dicens sic declarasse Cardinales, quem refert, & sequitur Thom. Sanchez d. dissertatione 6. num. 7.

7 Addit Segura *ubi supra, c. 16. numero 20. & 21.* & Sanchez numero 8. quod tres dies continui festi, quibus monitiones fieri debent iuxta praecoceptum Concilij Trident. non debeant ita immediate subsequi, quin aliquod diuvs interuallum intercedat, ut decretum fuit in Concilio Coloniensi. & in Concilio Provinciali Moguntin. & ut superat tempus ad excogitanda, & opponenda impedimenta, ut consequi possit finis intentus ex praed. denunciationibus: & praeterea eadem ratione probant, quod si vnam tantum denunciatio faciendae sit, omittis alijs duobus, non statim matrimonium celebrandum est, sed aliquod tempus spatium expectandum est, alias videtur nullius momenti illa denunciatio, & quod hoc prudentis arbitrio attendenda notitia qua communiter habetur contrahentium, & impedimento- rum periculo relinquendum est: idem referunt Petr. Culla, in sua collectione, 38. ad Decretales num. 11. & Zeuallos *ubi supra, numero 43.* & inquit Sanchez d. numero 10. sine, quod communiter satis videtur, si duo dies intercedant inter vnam, & alteram monitionem: credo tamen in praxi hoc non seruari ea ratione, quia Concilium Tridentinum id non praecipit, neque declarat: Ordinarius tamen, quando remittit vnam, vel alteram denunciationem, recte faciet, si post primam aliquod temporis spatium, breue tamen suo arbitrio, jubeat expectari, antequam matrimonium celebratur, licet nec hoc videam juberi nec obseruari.

8 Et quamuis praed. denunciations regulariter debent fieri in Ecclesia inter Missarum solemnia, si tamen

tamen extra Ecclesiam, in locis competentibus, ut in praedicationibus, magna populi copia confluerent, licet, idem credit esse dicendum Thom. Sanchez lib. 3. de matrimonio dissertatione 6. numero 9. ut in terminis eisdem juris communis, nempe d. cap. final. de clandest. dispensatione, posse fieri extra Ecclesiam, in hoc casu docent ibi Hostiens. super verb. in Ecclesijs, Ioan. Andr. numero 5. Ant. de Butrio numero 16. Anchar. Abb. numero 7. Alex. de Neuo numero 16. Praepos. numero 7. in princip. Summa Rosel. verbo impedimentum in primo impedimento, numer. 15. contra Cardin. in d. cap. fin. numero 3. versic. quid si: quod merito potest appellari communis sententia, & vera etiam post Concil. Trid. siquidem adhuc in hoc vestigijs Concilij Lateranen. de quo in d. cap. fin. & tamen ei non contradicit, imo militat eadem ratio respectu finis intenti, ex eo quod denunciations sunt in Ecclesijs, hoc est, ut facilius detegantur impedimenta si qua sunt, ad impedienda matrimonia contrahenda, & dirimenda iam contracta.

8 Imo eadem ratione inferit Sanchez ibi numero 10. idem dicendum esse, quando non esset dies festiua, sed ex aliqua causa adesset magnus concursus populi ad Ecclesiam, ut quia esset festus vocationis, dies illius Ecclesiae, vel quia insignis concionator habet concionem, & cuiusvis Concilij fini, & eadem prolixius militat ratio; & nihil aliud allegat: sed nihilominus probari, & teneri potest haec opinio, quamuis adhuc subsistat, nec video, aut scio eam opin. praticam cum excedat literam, & verba Sacri Concilij Tridentini, & sit praeterea, valebit tamen matrimonium hac in specie celebratum coram parochio, & testibus si nullum addit dirimens impedimentum.

9 Quinto principaliter est obseruandum Episcopum posse hodie post Concilium Tridentinum dispensare, ut omittantur praedictae tres denunciations, vel aliqua earum ante, & post matrimonij consummationem, ut cauetur in eodem Decreto Sancti Concilij supra citato: diximus lib. primo Canonice, quaestione num. cap. 10. num. 10. & 11. & Segura in suo Directorio iudicium Eccles. secunda parte, cap. 16. numero quinto. affirmans id ita declarasse Illustrissimos Cardinales, & sequitur Zeuallos *praeterea, quaestione Commun. contra Communem, quest. 604. numero 90.* idem poterunt habentes jurisdictionem quasi Episcopalem nullique Diocesano subditi, ut tenet Nauar. lib. 4. consil. 4. in prima editione titulo de sponsal. consil. 5. in secunda titulo de clandest. dispensatione, consil. 2. Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 5. numero 5. Manuel Rodrig. in primo tom. sua Summa in secunda editione, cap. 217. num. 4. ubi idem asserit de Magistro Scholae Salmantini, respectu Scholasticorum, qui in matricula delicti sui: quod verum esse dicit Thom. Sanchez, d. lib. 3. de matrim. disp. 7. num. 4. ad finem, si privilegium habeat: addens idem posse eadem ratione omnes Praelatos habentes jurisdictionem quasi Episcopalem.

10 Et qui possint dispensare in hoc, poterunt similiter ex iusta causa breuiare, vel prolongare denunciationum tempora secundum Secur. Dauolos *ubi supra, num. 3.* & Sanchez num. 91. imo poterunt etiam, eum iusta causa dispensare, ne denunciations fiant diebus festiuis, sed in feriabilibus, quia hoc minus est, quam remittere; & cui licet, quod est plus, licet etiam, quod est minus, ut in segula juris vulgaris ita tenet Barthol. à Ledesma de matrimonio, dubio 21. folio 133b. quem sequitur Sanchez *ubi supra, num. 6.* aduersus Seguram in secunda parte sui Instruct. cap. 16. num. 17. dicentem sic esse declaratum à Cardinalibus, sed forte illa declaratio fuit, non posse hoc ordinari Episcopum facere, secus in casu speciali ob iustas causas, non enim videtur ex causa hoc denegatum.

Episcopo, siquidem, quod plus est, sibi conceditur, Ordinarius praeterea alterius contrahentis potest eum vtroque dispensare in denunciationibus, sicut potest alter Praelatus ratione connexionis, vtrumque copulare matrimonio, ut suo loco dicemus, & in terminis ita tenet Sanch. *ubi supra, numero 3. & 5.* & Concilium de Ordinario loquitur, & quando voluit excludere Vicarium, id expressit, ut in eadem sessione 24. cap. 6. de reformatione, ibi, & non eorum Vicariis, & in terminis ita probauit, & tenuit lib. 1. Canonice, quaestione, cap. 19. num. 15. & Segura cap. 16. num. 2. & 3. Salzedo dicens, quod praxis totius Orbis sic recipit, in *practica criminali Canonica, cap. 23. in princip. Iacob. Stronius de Vicario Episcopi lib. 2. quaestione 201. numero primo. non sequentibus, & quaestione 43. num. 28. & 29. Veracrucce in appendice, ad Specul. coniug. dubio primo, folio 4. columna 2. in fin. Manuel Rodrig. in 9. tom. sua Summa in secunda editione, cap. 217. num. 2. ubi quod Vicarij Ordinis Diui Ioannis possunt dispensare in his denunciationibus, quia sunt Ordinarij Ecclesiarum suis Vicariis subditarum, vtrumque sequitur, & probat Thom. Sanchez *ubi supra, num. 10. & 11.* Vicarij tamen Episcopi Foranei dispensare non poterunt in his denunciationibus absque speciali commissione, quia sunt delegati ad speciales causas secundum Veracrucce, *ubi supra, dubio 1. in fine. Manuel Rodrig. ubi supra.* & Zeuallos etiam *ubi supra, numero 398.* Thom. Sanchez numero 12. ubi numero 13. nobiscum *ubi supra, numero decimo quinto.* quod est intelligenda praed. sententia affirmatiua de Vicario Episcopi Generali, quod possit dispensare in his denunciationibus, nisi Episcopus facultatem dispensandi in eis sibi referuaret, quia tunc Vicarius Generalis Episcopi non possit dispensare: quia scitur potest Episcopus totum officium reuocare, ita & partem.*

11 Sexto est obseruandum, Vicarium Generalem Episcopi posse absque speciali delegatione dispensare in his denunciationibus, quia hic est Ordinarius, siquidem habet vices Episcopi, ut probat late Thom. Sanchez lib. 3. de matrimonio, disp. 29. num. 3. & 5. & Concilium de Ordinario loquitur, & quando voluit excludere Vicarium, id expressit, ut in eadem sessione 24. cap. 6. de reformatione, ibi, & non eorum Vicariis, & in terminis ita probauit, & tenuit lib. 1. Canonice, quaestione, cap. 19. num. 15. & Segura cap. 16. num. 2. & 3. Salzedo dicens, quod praxis totius Orbis sic recipit, in *practica criminali Canonica, cap. 23. in princip. Iacob. Stronius de Vicario Episcopi lib. 2. quaestione 201. numero primo. non sequentibus, & quaestione 43. num. 28. & 29. Veracrucce in appendice, ad Specul. coniug. dubio primo, folio 4. columna 2. in fin. Manuel Rodrig. in 9. tom. sua Summa in secunda editione, cap. 217. num. 2. ubi quod Vicarij Ordinis Diui Ioannis possunt dispensare in his denunciationibus, quia sunt Ordinarij Ecclesiarum suis Vicariis subditarum, vtrumque sequitur, & probat Thom. Sanchez *ubi supra, num. 10. & 11.* Vicarij tamen Episcopi Foranei dispensare non poterunt in his denunciationibus absque speciali commissione, quia sunt delegati ad speciales causas secundum Veracrucce, *ubi supra, dubio 1. in fine. Manuel Rodrig. ubi supra.* & Zeuallos etiam *ubi supra, numero 398.* Thom. Sanchez numero 12. ubi numero 13. nobiscum *ubi supra, numero decimo quinto.* quod est intelligenda praed. sententia affirmatiua de Vicario Episcopi Generali, quod possit dispensare in his denunciationibus, nisi Episcopus facultatem dispensandi in eis sibi referuaret, quia tunc Vicarius Generalis Episcopi non possit dispensare: quia scitur potest Episcopus totum officium reuocare, ita & partem.*

Ex quibus fit, ut minime sint audiendi, qui teneant partem negatiuam, nempe Vicarium Generalem Episcopi, minime posse dispensare in praed. denunciationibus matrimonij, prout fuerunt Patres congregati in Concilio Provinciali Toletano, Anno 1583. quos refert Segura, *ubi supra.* quam etiam opinionem tenuerunt Menoch. consil. 89. num. 55. cum sequenti, volumine 1. & lib. 2. de arbit. iud. centuria 5. casu 453. numero quinto. Cephal. consilio 221. à numero 72. usque ad 75. volumine 3. Paz in sua praeterea, 2. tom. praed. 5. in fin. Spino in *Specul. laet. glo. 15. numero 20.* Enriquez dicens, sic declarasse Cardinales lib. 11. de matrimonio, cap. 5. numero 5. & Anton. Gom. in expositione Bullae Cruciat. cap. 4. num. 19. & 21. non enim est probabile, nec verum ex his praedictis, licet aliud dicat, scilicet, quod est probabile, Thom. Sanchez, d. dissertatione 7. numero 9. Sep prior opinio vlt. & moribus recepta est, ut diximus *ubi supra.* & in iure potissima habet fundamenta, secundum Zeuall. d. quaestione 604. num. 92. ad fin.

Ex quibus fit non posse parochum remittere praed. denunciations, seu dispensare, vel matrimonium celebrare eis non praesentibus propter matrimonij impedimenti suspicionem, etiam si constitutio Synodalis, vel Episcopus sibi hoc non referuauerit: ut late probauimus lib. 1. Canonice, quaestione, P 117 cap.

cap. 19 numero 6. Segur. ubi supra numero 3. Nauar. lib. 4. consil. titulo de clandestin. dispen. consilio primo. Menoch. ubi supra numero 69. numero 51. volumine 1. Cephal. etiam ubi supra numero 72. uig. ad numerum 75. Verac. sibi contrarius in appendice ad Specul. conuig. lib. 3. propositione 6. versif. ex quo apparet. Enriquez lib. 11. de matrimonio c. 3. & dicit esse probabilem Petr. de Ledesma de matrimonio questione 45. articulo 5. circa tertium punctum. duobus primo. licet alius ibi ipse teneat, sequitur etiam alios referens Zeuall. d. g. 604. Thom. Sanch. ubi supra. num. 7. contra Petram de Ledef. & alios, quos prius citauerat numero precedenti. & d. numero 17. in fin. inquit nos bene docere ubi supra, numero 3. & de iuramento confirmatorio prima parte. cap. 51. numero 23. parochum propria autoritate omittentem præd. denunciations in casu suspitionis malitiosi impedimenti posse arbitrio Ordinarij puniri.

13 An autem Episcopus possit alicui delegare facultatem dispensandi in his denunciationibus, negant Menoch ubi supra. de consilio 69. a numero 35. volumine 1. & Cephal. de consilio 421. a numero 72. volumine 1. quia dum eligitur personæ industria ad aliquod munus subeundum, id delegari non potest, cap. fin. §. 10. autem de officio delegat. & cap. 10. eius. eodem titulo. in 6. Sed in hac dispensatione eligitur industria Episcopi, cuius iudicio, & prudentia, hoc est Ordinarij, Concil. Trident. hoc remittit, ut patet ex eo in d. sessione 24. cap. primo, in Decret. de reformatione matrim. igitur, &c. Præterea, hoc negotium tanquam tangens causam matrimonialem est arduum: ergo censetur electa ad id industria certæ personæ, ut tenent plures DD. quos refert, & sequitur idem Menoch. de arbit. iud. lib. 1. questione 54. numero 11. & 12. & questione 68. n. 15. & constat ex d. cap. 10. cui de officio delegat in 6.

Rursus Henriquez lib. 1. de matrimonio. cap. 3. num. 5. censet posse Episcopum Generalem eius Vicario delegare facultatem dispensandi in præd. denunciationibus, aliis vero non, nisi in vna vel altera causa.

Verius tamen est posse Episcopum generaliter hanc facultatem delegare, quia iure ordinario sibi competit, cum concedatur Ordinariis in perpetuum, ut bene probat, & tenet hanc opinionem in terminis Thom. Sanchez d. lib. 3. dissertatione 7. numero 20. & ante eum Spino gloss. 15. numero 29. Paz, & Ledesma, quos refert, & sequitur Zeuall. ubi supra, numero 93. & 99. Non enim vniuersaliter verum est eligi personæ industriam, ubi negotium est arduum, & committitur prudentiæ alicuius; quia fallit quando delegatio fit personæ incognitæ, & indeterminatæ, ut Prælati presertim, & futuris, ut hic contingit, & docent plures, quos ad hoc ibi citat, & tandem numero vigesimo primo bene probat posse Generalem Episcopi Vicarium hanc facultatem dispensandi in denunciationibus delegare quia est Ordinarius, & licet non possint alium Vicarium instituire, ut in cap. Clericos de officio Vicar. potest tamen vnam vel alteram causam delegare secundum plures DD. & glossas, quas ibi refert.

14 Deniq; in calce huius capituli illud obseruandum est, quod concessa licentia Sacerdoti, ut astitat matrimonio dummodo sponsum præcipiat, ne consummationem matrimonium ante denunciations, si ille astitat, id non monendo, validum erit matrimonium: sicut similiter valebit commissio facta Sacerdoti, ut interfit matrimonio præmissis denunciationibus, vel si sponsum impedimento careant, si ille his omittis nec præmissa indagine impedimenti interfit, si re vera nullum erat impedimentum dirimens, ut late probat Thom. Sanchez lib. 3. de matrimonio dissertatione 33. numero 2. & 3. ubi numero 4. agit, quid dicendum sit, quando in commissione dicitur; con-

iunge in matrim. illos, si per soletrem indaginem inuenieris non esse impedimentum inter eos.

CAPITVLVM LVII.

De dispensatione in denunciationibus ad contrahendum matrimonium.

S Y M M A R I V M.

- 1 Causa iusta requiritur ad dispensandum in denunciationibus ad matrimonium & Sacro Concilio Tridentino requisita: non tamen requiruntur cognitio iudicialis eius, sed satis est, quod Ordinarius aliqua causa rationabili sibi tantum cognita, huius denunciations veniat, ut in numero 2.
- 2 Causa iuste remittendi denunciations ad matrimonium requisita multa sunt, & sufficit quacunque arbitrio Ordinarij iusta.
- 3 Ordinarius an teneatur dispensare in denunciationibus ad matrimonium siante iusta causa, vel an potius remaneat in sua mera voluntate? vel an ab eius denegatione, quando dispensare tenetur, possit appellari, numero quinto, & an interim si sit graue periculum in mora expediendi dispensationem, nec possit haberi copia iudicij Ordinarij, ut dispenset, possit denunciationsibus emissis matrimonium contrahere coram parochio, & testibus, numero sexto, & quid quando dispensare non tenetur Ordinarius, vide numero 7.
- 4 Parochus assistens matrimonio absq; montionibus, au & quando excusetur?

Causa iusta proculdubio requiritur ad dispensandum in denunciationibus ad matrimonium contrahendum, de quibus in Sacrosancto Concilio Trident. sessione 4. cap. 1. in Decret. de reformatione matrim. cum hoc non liberet voluntati, sed iudicio, & prudentiæ Episcopi remittat, que verba arbitrium prudentiale, & ratione regulatum important, ut cum aliis probat Menoch. lib. primo. de arbit. questione 8. numero 26. cum sequentibus: requiritur ergo iusta causa, & ita in terminis tenet Menoch. consilio 69. numero 62. & 63. & nos docuimus lib. 1. Canon. questionum cap. 19. numero 6. cum sequentibus, Paz in sua Practica, secundo tom. Prælatos 3. num. 11. D. Spino in suo Specul. testament. glossa 15. numero 14. Segur. Daualos in suo Direct. iud. Eccles. secunda parte. cap. 16. numero 17. Salzed. in Practic. crimin. cap. 73. §. dispenset. Enriquez lib. 11. de matrimonio. cap. 3. num. 3. Manuel Rodriguez in primo tom. sue Summe in secunda editione. cap. 217. numero 3. Anton. Gomez super Bull. Cruciat. cap. 4. questione 4. numero 26. id quod constat inter omnes iustam, scilicet desiderari, causam, ut eos refert sequitur Zeuall. Practic. questionum Commun. contra Com. questione 604. numero 107. & post nos lib. primo Canon. questionum cap. 19. numero quarto. Thom. Sanchez de matrimonio lib. dissertatione 8. numero primo, addens numero 2. delinquere lethali ter. Episcopum absque legitima causa dispensantem, quia materia est grauis, secundum Paz, & Spinum, ubi supra, & alios quos refert, & sequitur Zeuall. ubi supra, filio 105. quod sic indistincte, & generaliter, quid non credo verum absolute loquendo, quia si Prælationem sine causa dispensaret in hoc quando certum esset moraliter, nullum subesse impedimentum, cum materia leuis non peccaret mortaliter, sicut idem Sanchez eodem lib. 3. dissertatione quinta. num. 7. credit, parochum omittentem aliquam ex tribus denunciationibus non peccare mortaliter in præ-

dicit specie, & probatur etiam ex traditis per ipsum Thom. Sanchez d. lib. 3. dissert. 10. num. 8. & 7. inquit enim, & probat d. numero 6. cum pluribus aliis Authoribus, quos citat contra nonnullos, inter magnates posse licite remitti denunciations, quia horum matrimonia sunt valde publica, quia sunt valde nota, quare si aliquid impedimentum inter ipsos esset, statim sciretur, & d. numero 7. inquit, idem esse dicendum generaliter, quando nullus impedimenti timor subest, secundum Palud. Sotum, Ledesma. Nauar. & Veg. quos ad hoc citat.

2 Nec requiritur cognitio iudicialis causæ huiusmodi, sed satis est, quod Ordinarius ex aliqua causa rationabili sibi tantum cognita has denunciations remittat, siquidem eas iudicio, & prudentiæ, & sic suæ conscientiæ remittitur per Concilium Tridentin. ut nos iam in præd. obseruauimus, & docuimus ubi supra, numero 12. Zeuallos questione 604. numero 104. & latissime comprobat nos sequutus Thomas Sanchez dicta dissertatione 8. numero 4. per totum, aduersus Enriquez, Seguram, & alios, quorum fundamentis late satis citi ubi numero 3. & numero 5. bene hinc infert, & probat. hanc causæ cognitionem posse fieri sine ordine, & figura iudicij, & testibus non receptis in forma iudicij, nec iurantibus, & etiam extra diocesam, quia est actus iurisdictionis voluntariæ.

3 Causæ autem legitime, atque sufficientes ad dispensandum in præd. denunciationibus multe sunt: imo sufficit quacunque arbitrio Ordinarij iusta: quamuis enim Concilium Tridentin. eam solam exprellerit, nempe, probabilem suspitionem malitiosi impedimenti, quapropter ex ea sola, & non alia posse Ordinarium in hoc dispensare, nititur probare Cephalus consil. 241. numero 39. 80. & 37. volum. 3. at tamen cum rotum hoc negotium Concilium remiserit Ordinarij iudicio, & prudentiæ: verius, & pro certo tenendum est, quod modo supra prædiximus, nempe sufficere quacunque causam iustam pro arbitrio Ordinarij, ut probauimus d. cap. 19. a num. 6. & Segur. Daualos in secunda parte Director. iudic. Ecclesiastic. cap. 16. num. 5. dicens, sic declarasse Cardinales, & Manuel, Rodrig. ubi supra, numero 3. & Thomas Sanchez lib. 3. de matrimonio. dissertatione 9. numero 2. debet autem Ordinarius ad hoc informari, an aliqua impedimenta subsint inter volentes contrahere matrimonium, ne periculo exponatur coniungendi eos, qui sunt impediti, & pro securitate suæ conscientiæ, secundum Paludan. in quarto, distinctione 28. questione 2. articulo 3. conclusione 2. numero 20. & Sanchez ubi supra, numero etiam 20. qui numero 3. cum sequentibus, per totam illam dispensationem duodecim causas congerit cum suis fundamentis, & Authoribus, ob quas licet remittere præfatas denunciations, de quibus etiam agit Zeuallos ubi supra, num. 106. cum sequentibus, & nos quoque de pluribus egimus lib. 1. Canon. questionum cap. 20.

4 Illa autem questio in proposito difficilis est, an existenti iusta causa dispensandi in denunciationibus, teneatur Ordinarius ad petitionem partis dispensare sub poena peccati mortalis? in quo articulo generaliter loquendo in quacunque dispensatione duas opiniones cum suis Authoribus, & fundamentis refert Thomas Sanchez lib. tertio de matrimonio, dissertatione 10. numero 2. & 3. Primam affirmatiuam, quam dicit esse probabilem: secundam, cui adhæret, que habet, non semper existentem iusta causa dispensationem esse debitam, sed quandoque: quandoque vero esse gratiam: debitam, quando ius disponit, Prælatum in aliquo casu debere dispensare, prout in specie nostræ questionis de denunciationibus omittendis velle videtur Concilium Triden-

tin. ubi supra, dum agit de dispensatione faciendâ per Ordinarium in præd. denunciationibus ob expressam illam causam suspitionis malitiosi impedimenti innuens, ut si sit illa dispenset: ergo tenetur Episcopus id facere, ut resoluimus lib. 1. Canon. questionum, cap. 20. numero 23. versif. præterea Ordinarij, vel quoties in dispensatione utilitas publica versatur, ut quia vitatur scandalum, aut Ecclesiæ multo vilior est: Gratiam, quoties solum dispensatio necessaria est competentis utilitate, ut asserit Sanchez dict. dissertatione 10. num. 4. & 5.

Quare secundum ipsum ibi numero 6. in proposito nostræ questionis distinguendum est, ut Ordinarius dispensare teneatur in casibus, in quibus scandalum sequeretur, vel est suspicio malitiosi impedimenti, ut nos prius tenuimus: expedit enim bono publico ne matrimonia malitiose, vi, aut fraudibus impediatur: & quando subditi expedit valde ad bonum animæ, aut corporis dispensatio, ut quando vir deplorauit fornicatam, & est periculum mutationis voluntatis viri, vel contrahentes sunt in peccato concubinatibus, & illo pacto, anime saluata consulens, periculum que est in mora, vel morti vicinus decere vult concubinam, quo legitimum prolem, vel in bono statu decedat: quare, si circa iustam causam maioris doni Prælati dispensationem tunc negat, reus erit culpe: secus quando nullum publicum, aut priuatum notabile damnum sequitur, ut quando senex cum iuuenula, vel duo senes contrahere voluat, vel quando nullus est timor impedimenti inter contrahentes, vel sunt magnates, & in similibus casibus, tunc enim licet Ordinarius possit dispensare, non tamen tenetur, ut ibi late probat, verumque distinctionis membrum.

Ex qua resolutione verissima primo deducitur, quod nolente Ordinario dispensare, existentem iustam causam dispensationis, impedimenti malitiosi, vel alia ex qua tenebatur dispensare iuxta primum membrum præd. distinctionis, poterit ab eo appellari de denegatione dispensationis saltem, quoad effectum deolutiuum, si vero subest causa ex qua Ordinarius poterat dispensare, non vero tenebatur, & ita denegauit, quoad neutrum effectum habebit locum appellatio, sed poterit misericorditer officium superioris implorari, ut si ex misericordia velit dispensare, dispenset, vel cogat inferiorum, ut dispenset, ut post longam discussionem, & opinionum varietatem concludit bene Thomas Sanchez d. lib. 3. de matrimonio, dissertatione 10. numero 22. 23. & 24.

Secundo inferitur, quod in casibus primi membri distinctionis prædictæ, hoc est, quoties Episcopus tenetur dispensare, si sit graue periculum in mora expediendi dispensationem, nec possit haberi copia iudicij Ordinarij, ut dispenset, potest illi omittis contrahi matrimonium, intellige coram parochio, & testibus, ut late probat Sanchez ubi supra, numero 27. & 28. qui numero 29. idem tenet, quando in eisdem casibus, quibus tenetur Episcopus dispensare absque legitima causa dispensationem denegat, quia cum sit debita, iniusteque denegatur, perinde est ac si concederetur, ut tenent plures Auctores, quos ipsemet refert: hoc tamen vltimum quoad forum conscientie tantum, verum esse credo, secus quoad iudiciale, quia propter contemptum, & contrauentionem denegationis Ordinarij poterunt sic contrahentes arbitrarie puniri, licet matrimonium validum sit, nisi aliud obstat.

Si vero concurrant alia iuste dispensandi, ex quibus non tenetur Episcopus dispensare, quamuis possit, ut in secundo membro præfate distinctionis, nempe, quando contrahentes sunt magnates, aut non est timor impedimenti, aut ob veterandiam,

quia sunt notabiliter dispares, nolunt publice contrahere; nequeant, si Episcopi copia desit, vel dispensationem absque causa neget, absque denunciationibus inire matrimonium, ut etiam probat Sanchez ubi supra, numero 30.

Parochus autem allictus matrimonio omittis denunciationibus timore mortis sibi comminate non peccat, ac proinde puniri non poterit, quia precepta Ecclesie non obligant eo cum rigore, secundum Petrum de Ledesma de matrimonio, questione 45, articulo quinto, puncto tertio, dubio secundo, in fine: Vega in Summa lib. sexto, casu 116, quod verum intelligit Sanchez ubi supra, numero 31, nisi Tyrannus in contemptum denunciationum mortem comminetur, tunc namque tenetur parochus potius illam subire, ut in omnibus preceptis Ecclesiasticis fatentur vniuersi: secundum ipse verum intelligit precedens dictum, nisi mortis comminatio esset commentitia, fraudulenta, vel simulata, ipseque parochus fraudis, simulationisque praedictae particeps, ut hoc figmento a punitione Ordinarii liberaretur, tunc grauius esset puniendus arbitrio ipsius propter dolum, & fraudem admittam confitito de hoc.

CAPITVLVM LVIII.

An licitum sit matrimonium consummare ante monitiones, vel post, ante benedictiones tamen Ecclesiae, hoc est, relationes?

SVM MARIVM.

- 1 Sponsi cognoscentes se carnaliter remissis denunciationibus ab Ordinario ante celebrationem matrimonij, dummodo postea fiant, & interim se non cognoscent sub poena excommunicationis, proculdubio contra facientes peccabunt mortaliter, & quid si nulla poena adiacatur contra facientibus? numero secundo.
- 2 Matrimonium consummare, ante benedictiones Ecclesiae, an sit peccatum, & quod? & an tunc negare debitum sit peccatum? numero 4.

Quando Ordinarius non dispensat, ut omnino denunciations matrimonij contrahendi remittantur, sed tantum ne matrimonio praeremittantur, dummodo postea fiant, & interim se non cognoscent carnaliter coniuges sub poena excommunicationis, proculdubio est contra facientes peccare mortaliter, ut bene probat Petrus de Ledesma de matrimo. questione 45, articulo quinto, puncto tertio, dubio 1. §. sed nos dicimus, fol. 116.

Quod si Ordinarius tantum absque vlla poena praecipiat, quod monitiones fiant contracto iam matrimonio, dubium est, an tunc, vel quoties contrahentes id contrahunt licite aut illicite consummando matrimonium ante denunciations, peccent mortaliter neque? In hoc articulo duae sunt opiniones, vna negatiua, quando ex parte parochi, vel contrahentium adhibita est diligentia sufficiens ad cognoscendum, an esset aliquod impedimentum matrimonium dirimens, & non reperitur esse tale, & praecipue, quando contrahentes breui tempore velent sic manere, animo postea publicandi, ita tenent nonnulli Auctores: altera opinio est affirmatiua, tam ante Concilium Tridentinum, quam postea, & haec est verior meo iudicio, & tenent eam alij, quos refert, & sequitur bene eam probans Thom. Sanchez de matrimo. lib. 3, dispensatione 11, numero 3, qui num. praecedenti refert fundamenta, & Auctores primae opinionis negatiuae, & num. 4, idem recte probat in co-

pulis subsequentibus non solum in prima eadem relatione.

Circa secundum, de quo in titulo huius capituli, an licitum sit, nec ne post contractum matrimonium de praesenti, & monitiones factas, ipsum matrimonium consummare ante benedictiones Ecclesiae? in quo articulo quatuor opiniones principales cum suis Auctoribus, & fundamentis refert Thomas Sanchez lib. tertio de matrimonio, dispensatione 12, per totum: prima ait esse peccatum mortale: secunda habet esse mortale pro prima vice tantum: tertia asserit, tantum esse prohibitum petere ante benedictiones, non autem reddere: quarta verior, & magis communis, atque tenenda a firmat non esse peccatum mortale consummare matrimonium, siue petendo, siue reddendo ante benedictiones Ecclesiae, si desit contemptus: quia Concilium Tridentinum de hac re loquens sessione 24, cap. primo, in Decreto de reformatione matrimony, non praecipit, sed hortatur, ut coniuges ante benedictionem sacerdotalem in templo suscipiendam in eadem domo non cohabitent: si ergo iudicaret esse mortale, non hortaretur, sed praeciperet, & ideo hanc sententiam tenent plurimi Auctores, quos refert Thomas Sanchez d. dispensatione 12, numero quarto, qui numero quinto & sexto, refert alios plures Auctores tenentes, esse saltem peccatum veniale: & alios plures hoc negantes: eandem quartam sententiam probare videtur Zuevallos in suis Communib. contra Commun. quasi. 694, numero 133.

Ipse vero Sanchez rem hanc quibusdam conclusionibus recte absoluit: Primum certum reputat, non esse peccatum mortale consummare matrimonium ante benedictiones Ecclesiae, quinimo & probabilis reputat, non esse etiam peccatum veniale: imo cum nonnullis Auctoribus reputat, esse sanum consilium aliquando consummare ante benedictiones, nempe, quando ex aliqua iusta causa benedictiones Ecclesiae differuntur, estque periculum continentiae, limitatque hanc conclusionem num. octauo, nisi adsit contemptus: non tamen esse huiusmodi contemptum, licet aliquis scienter ante benedictiones consummet non curans de hoc, quia tunc credit, vel nullam esse culpam, vel ad summum venialem: limitat praeterea numero nono, nisi scandalum sequatur, item numero decimo, nisi excommunicatio lata sit in ea dioecesi aduersus eos, qui non praemissis benedictionibus matrimonium consummant, quia tunc esset culpa lethalis, pro qua sola infligi excommunicatio potest: ita refert tenere Petrus de Ledesma, Manuel Rodriguez, & Enriquez: ipse tamen Sanchez ubi supra late probat contrarium, existimans talem excommunicationem minime ligare, nec efficere culpam mortalem consummare matrimonium ante benedictiones, Ego vero etsi probem libenter caetera omnia a praedictis, Thomas Sanchez in hac sua prima conclusione tradita: hoc vltimum de excommunicatione, quod non liget in praemissa specie, minime teneo, sed potius contrariam sententiam cum supra relatis Auctoribus eam tenentibus: quoniam etsi diceremus praedicta excommunicationem iniustam esse, quod nondum affirmo, & sententia tamen Pastoris fuit iusta, siue iniusta timenda est, ut ait Diuus Gregorius, nullam vero esse praedicta, excommunicationis sententiam, dicere non audeam: quare veram esse credo hanc, de qua agimus, opinionem contra Thomam Sanchez.

Secundo, principalis in hac materia conclusio Thom. Sanchez est: quod quamuis esset peccatum consummare matrimonium ante Ecclesiae benedictiones, id tamen esset verum de priori copula, non tamen

tamen de vltioribus: quia ea exhortatio eo tendere videtur, ut debitus ordo seruetur, & reuerentia benedictionibus debita praemitendo eas priori copula, qua matrimonium legitime consummatur, qua habita, feruari amplius non potest: scus est, ut praediximus hoc eodem capite in primo dubio, quando consummatur matrimonium ante denunciations, quia ea prohibitio est propter impedimentum timorem, quod per denunciations detegi potest: quae ratio militat etiam in sequentibus copulis.

Tertio, numero 12, concludit Sanchez ubi supra, & bene, quod si esset culpa consummare matrimonium ante benedictiones Ecclesiae, tam petens, quam reddens peccaret: addit numero 19, hinc inferri quod si esset culpa consummare ante benedictiones Ecclesiae, neuter coniugum tenetur tunc alteri reddere, quia non petit debito tempore, ut docent plures Auctores, quos ibi refert: quare cum sit opinio probabilis esse veniale, poterit coniux huic sententiae adherere, sicque negare debitum ante Ecclesiae benedictiones, etiam transacto bimestri ad deliberandum de religionis ingressu, ut docet Victoria ab eo citatus, & colligitur ex reliquis Doctoribus: ante bimestre autem, etiam benedictionibus adhibitis neuter coniugum reddere tenetur iuxta supra resoluta, sed tenendo esse solum consilium, praemittere benedictiones consummationi matrimonij non erit vllum peccatum, nec veniale: transacto bimestri a contractu matrimonij, tenetur vtique coniux debitum petenti reddere, quamuis benedictiones adhibite non sint, vt tenet Sanchez ubi supra, numero 13, ad finem, quomodo autem procedat, & intelligatur illud, quod intra biennium coniux non teneatur alteri coniugi debitum reddere diximus ubi supra, quod nunc iterum subintelligendum esse censo.

CAPITVLVM LIX.

An teneatur quis denunciare impedimentum occultum?

SVM MARIVM.

- 1 Denunciare quis non teneatur impedimentum, quod rebus probare non potest, sed contrarium probatur numero secundo, in verso, nihilominus tamen, limitatur numero quarto, ampliat numero 5, cum sequentibus.
- 2 Denunciare nemo tenetur, quod probare non potest.
- 3 Correctio fraterna praedare debet, antequam impedimentum occultum denunciatur, si probabilis spes sit, quod proderit.
- 4 Manifestanda sunt commissa aly secreto, vbi vergunt in damnum publicum, aut tercia persona imminens in futurum.
- 5 Secreta veniunt manifestare quia, quando petuntur tantum ad peccati remedium, & quid quando quis ea accepit sub confessionis secreto naturam, non vero in confessione sacramentali, ut in num. 3.
- 6 Conficius impedimenti ex solo auditu, an teneatur id denunciare? & numeris sequentibus.
- 7 Conficius impedimenti oculis, si nouis contrahentes impetrasse dispensationem pro foro conscientiae, an teneatur id denunciare?
- 8 Dispensationis Apostolicae iudex Commissarius, an possit interrogare contrahere volentes matrimonio an se carnaliter cognouerint, quando in dispensatione mentio facta non sit copula.

Is qui impedimentum testibus probare non potest, non tenetur id denunciare, vt tenent nonnulli Auctores, quos refert, & sequitur supplementum Gabriel. distinct. 21, quasi. 2, artic. 3, dubio penultimo, idem probat Maior. in quarto distinct. 21, quasi. 2, argumento 3, quando impedimentum oritur ex peccato occulto.

Nemo enim denunciare tenetur, quod probare non potest, vt docuimus lib. 1, Canonice, questionum, cap. 11, numero 21, in principio, eum Nauar. & tenent Summistae, Rosel, verbo confessionum relatio, numero 13, in finem, Angel. verbo confessio numero 22, Enriquez lib. 13, de excommunicatione, cap. 18, numero 13, vbi alios citant: & Nauar. de restitutione lib. 3, cap. 1, in secunda editione numero 358.

Nihilominus tamen in proposita specie contraria sententia verior est, & tenenda, imo quod quilibet teneatur sub culpa mortali denunciare impedimentum a se notum inter volentes inter se contrahere matrimonium, etiam si occultum sit, & illud probare non possit, vt probauimus ubi supra, d. num. 21, & 27, & Couart. in quarto lib. de sponsalib. secunda parte, cap. 68, §. 10, num. 21, & sequitur plurimos referens, eamque bene probans Thomas Sanchez lib. 3, de matrimo. disp. 13, num. 2.

Ex quibus obseruandum est, hoc procedere praemissa correctione fraterna, si impedimentum occultum ortum habuit ex peccato occulto, si probabilis spes sit, quod praefata correctio fraterna proderit: alias namque frustranea esset, vt obseruauit alius Sanchez ubi supra, num. 3, vbi etiam, quod non satis erit ad hoc, monitionem praed. semel fieri, & non prodelle, sed oportere iterum, atque iterum eam adhibere, quamdiu prudentis arbitrio speratur correctio per illam secundum D. Thomam Secunda Secunda, quasi. 33, artic. 8, ad primum, & alios plures, quos refert, nisi periculum sit in mora, vt ibi declarat.

Limitatur tamen primo praefata sententia affirmatiua, nisi impedimenti concitus timeat probabiliter magnum scandalum ex denunciatione, quia tunc licet probare possit, & mandatum denunciandi sub poena excommunicationis factum sit, denunciare non tenetur secundum Adrian. in confessionum, questione 3, dubio 7, §. de secunda, & §. tertio dico, Nauar. in Manual. cap. 22, num. 33, & nos ubi supra, numero 29, Manuel Rodrig. in primo tom. sua Summa in secunda editione, cap. 217, num. 8, & Sanchez ubi supra, numero 5, cum sequenti.

Secundo hoc limitant, quando impedimenti concitus accepit illud sub secreto, quia tunc ius naturae obligat seruare secretum, vt cum Paludan. probauimus a contrario sensu ubi supra, num. 27.

Superuenit Thomas Sanchez, qui d. lib. 3, de matrimonio, disp. 13, num. 6, probat contrarium, nempe teneri quem denunciare, quamuis sub secreto sibi committatur extra confessionis sigillum, vt ait optime docere eundem Paludanum in quarto distinctioe 28, quasi. 2, artic. 3, in tertia parte, num. 31, in principio. Primo, quia hic non agitur de punitione, nec de aliquo damno, sed de peccato vitando, & eripiendo denunciatum a morte spiritali sibi imminenti, & cum vita animae omnibus rebus praerferenda sit, vincit haec lex tanquam fortior legem de seruando naturali secreto, tamque proximi.

Secundo, quia commissa aly secreto manifestanda sunt, vbi vergunt in damnum publicum, aut terciae personae imminens in futurum, secundum D. Thomam communiter receptum d. 2, questione 70, articulo primo, ad secundum: diximus ubi supra, numero 28, sed hoc secretum est huiusmodi, quia si est impedimentum dirimens, tendit in praerudicium alterius

conjugis bona fide contrahentis, quod si mala ver- que contrahat, in prauidicium matrimonij, quod irritum est, & prolis, quae est illegitima, & in verius- que aeternam damnationem, quia permanent in concubinato: si vero impedimentum sit tantum im- pediens, non vero dirimens, tendit in irreuerentiam sacramenti, & damnationem contrahentis eum eo impedimento, & sepe in damnum tertij, cui frangi- tur fides: vt si impedimentum sit priorum sponsa- lium.

7 Tertio, quia accipiens fidem secreti, tenetur ma- nifestare, quando petitur tantum ad peccati reme- dium, vt inquit Cordub, lib. 1. sui quest. questione 43. dubio secundo, §. 2. si autem illa reuelata.

8 Ex quibus omnibus idem dicendum esse inferit Sanchez vbi supra, d. numero 6. in vers. hinc inferitur, quamuis impedimenti conscius illud acceperit sub confessionis secreto, verbi gratia, si ipsi dicatur, hoc tibi detego in confessione. cum tamen re vera non sit confessio, sed secretum naturale, vt tenent Inno- centius in cap. omnis viri uique sexus num. 7. & ibi Abb. num. 25. de penitent. & remission. & infiniti alij quos refert, & sequitur Sanchez vbi supra, dicentes, hanc no teneri celare vinculo sigilli sacramentalis, teneri tamen vi promissionis, sicut si esset confessio sacra- mentalis, & non obligare hoc secretum plusquam iuramentum secreti seruandi, nec quando cedit in aliquid damnum, nec maiori vinculo, quam alia secreta naturalia: idque procedere ait ex Caietan. & alius, licet genoflexo, factoque Crucis signo, & con- fessione dicta hoc secretum committatur, adhuc enim confessionis sigillum non est, quando non de- tegitur animo vere fatendi, sed tantum gratia dan- di, aut petendi consilium, item, necesse confessionis sigillum, quando committens sub illo secreto non intendit omnia peccata fateri, sed illud vnum: in- telligitur tamen quando non dicit accusans se tan- quam iudici.

9 Quid tenendum circa praed. secundam limitatio- nem principalem? Ego difficilem cenfeo articulum hunc propter hinc inde adducta, & quia graue est secretum naturale frangere: nihilominus tamen ex supra dictis haec secunda sententia probabilior vi- detur, eo tantum casu, quo denunciatio haec a con- fessio impedimenti occulti accepti in secreto facien- da sufficiens esset iuxta iuris dispositionem ad im- pediendum matrimonium celebrandum, seu id di- rimendum; alias secus, quoties praed. denunciatio non prodesset, quo casu procedat limitatio praedicta.

10 Hinc infero primo, quod conscius impedimenti ex solo auditu, si audierat a persona fide digna te- neatur ea non denunciante, manifestare, quia no- titia ex auditu habita a persona fide digna, est vera notitia fidem faciens, quia potest Praelatus personam fide dignam, a qua denunciator audivit, citare, eius- que testimonium recipere, Nauar. in cap. inter verba, in secunda editione corollar. 66. num. 290. cum sequentibus 11. quest. 3. & in Manuali Latino, cap. 25. num. 46. Ma- nucl. Rodrig. in Summa, primo tom. in secunda editione cap. 217. num. 9. & de ordine iudiciorum, cap. 4. conclusio- ne 10. num. 12. Sanchez vbi supra, num. 7.

Secundo infero secus esse dicendum, si persona, a qua audiuit, non sit fide digna, leuisque reputaretur, eius dicto denuntians secundum Nauar, dicto corollar. 66. num. 292. & d. cap. 25. num. 26. Cordub. lib. 2. questionar. quest. 43. dubio 2. §. sexto quando, fol. 348. col. 2. & in Summa, questione 64. ad finem, §. el sexto ca- so, diximus lib. 1. Canonice, questione 11. num. 71. Nauarra de restitutione lib. 2. in 2. editione, cap. 4. parte 2. dubio 10. num. 108. Manuel Rodrig. d. cap. 4. del orden Judicial, num. 12. & Sanchez vbi supra.

12 Ex quo idem proba in eo, qui audiuit, & non

meminit a quo audierit, vel si audiuit a persona uic- hil certo sciens, quod tenet Nauar, d. corollar. 66. num. 291. vbi num. sequenti, & Cordub. vbi supra docent esse consulendum huic audienti a non fide digna personis, vt faciat illas testificari, quod reprobat Nauar. d. num. 108. eo quod si persona non sint fide di- gnae, reus exponitur manifesto periculo iniuriarum; sed quando impedimentum non est infama- torium, praed. consilium est bonum, quia tunc nul- lum est periculum in ea manifestatione, forteque proderit, vt impedimentum detegatur, ita & recte Sanchez vbi supra, num. 7. ad finem.

Vltimo in proposito obseruandum est, quod si conscius impedimenti occulti nouit contrahentes impetrasse dispensationem occultam pro foro con- scientiae, non tenetur denunciare secundum Thom. Sanchez vbi supra, quia aliud censet, si impedimen- tum publicum esset: eademque distinctio seruanda est respectu ipsius contrahentis, nam si interroge- tur in praed. specie de impedimento occulto non te- netur illud fateri, si dispensationem impetrasset pro foro conscientiae: secus, si esset publica vox de illo impedimento, aut concurrerent alia requisita, ex quibus iudex iuridice roget, idque constaret volenti contrahere, tunc namque tenetur fateri verita- tem, vt bene probat idem Sanchez d. lib. 3. de matri- monio, disput. 14. num. 4. per totum.

Quid autem dicendum erit in praemissa specie, si parochus, aut Ordinarius nouit impedimentum, & impeditos obtinuisse dispensationem pro solo foro conscientiae? dicemus cap. statim sequenti.

Vltimo hic disserendum est, an in matrimoniali- bus dispensationibus possint contrahere volentes interrogari iuste a iudice, cui commissi est dispen- satio, si praedes veritate nitantur, an se carnaliter cognouerint, de quo ipsi non sunt infamati, nec de eo aliter constat? in quo Salzedo in practice, criminal. c. 126. §. vnde merito, inquit, relegandam, & extermi- nandam quandam consuetudinem, quae potius cor- ruptela est appellanda, recepta in aliquibus tribu- nalibus, quae habet hoc faciendi, quod praemissum. Sed inquit Manuel, Rodrig. de ordin. iudic. conclu- sione quarta, numero 4. ad finem, ibi: ni por lo dicho, &c. non esse iniquam, & malam praefatam consuetudi- nem aliquorum tribunalium, quia dispensatio sub- reptitia est tacita copula, iuxta veriores sententiam: ergo dum interrogat iudex de copula, vt dispen- sationis valorem norit, licet occulta sit, iuridice ro- gat, tenenturque contrahere volentes fateri, vel non vti dispensatione, siquidem interrogatio non ideo tendit, vt illi puniatur, sed vt impediatur vti di- spensatione subreptitia, & inuolide contrahere, quam sententiam aduersus Salzed. cum Emanuele Rodrig. tenet etiam Thomas Sanchez lib. 3. de matri- monio disput. 14. numero 3. vbi quod esset tamen vera doctrina illa, si interrogatio copulae minime ad di- spensationis valorem conduceret: ego vero cessante praed. consuetudine interrogandi de copula oc- culta, minime de ea interrogarem, quandoquidem Summus Pontifex id non praecipit in dispensatione, & praxis huius Episcopatus Ciuitatis, ita se habet, vt in praemissa specie occultae copulae dum aliud non nolicitur, praed. interrogatio non fiat: sed verificatis praecibus sit dispensatio iuxta tenorem Bullae dispen- sationis.

CAPIT.

CAPITVLVM LX.

Ordinario, vel parochus conscius impedimenti, an teneatur, vel possit contrahere volentes, matri- monio copulare?

SVM MARIVM.

- 1 Parochus regulariter, factis denunciationibus in Ec- clesia iuxta formam Concil. Tridentini, si nullum opponatur impedimentum, potest, nulla exquisita Ordinarij licentia, matrimonio assistere, contra- hentesque matrimonio copulare.
- 2 Parochus opposito impedimento potest interdixere ma- trimonium, non autem de impedimento cognoscere, sed debet rem Ordinario remittere.
- 3 Parochus non potest assistere matrimonio frangenti aliorum sponsalium fidem, sed tenetur remittere ad Ordinarium.
- 4 Parochus assistere non debet matrimonio eorum, quo- rum alter falsus est, votum emisisse, sed eo non re- uerit, quia sic vult, ampliat numero quinto, vbi numero sexto, quid, quando parochus, vel iudex Or- dinario denunciatur impedimentum?
- 5 Notarius, aut iudex, qui contrahere volens fatetur se aliquo impedimento laborare, obtinuisse tamen eius dispensationem pro foro conscientiae, an possit id non scribere, sed administrare illum ut taceat, &c.
- 6 Contrahentes matrimonium, an sece debeant prius Doctrinam Christianam?
- 7 Parochus tenetur habere librum, & in eo scribere con- iugum, & testium nomina, & cetera, vt hic.
- 8 Parochus, vel Ordinarius, qui nouit impedimentum inter volentes contrahere matrimonium, quid fa- cere debeat?
- 9 Sigillum confessionis sacramentalis obligat, non solum respectu aliorum, sed etiam ipsius penitentis.

Pro huius questionis planiori intelligentia, supponimus primo regulariter, parochum factis denunciationibus in Ecclesia iuxta formam Concil. Trident. contrahere volentium matrimo- nium, si nullum opponatur impedimentum, posse nulla requisita Ordinarij licentia matrimonio assi- stere, contrahentesque matrimonio copulare, vt patet ex eodem Concilio Trident. sessione 24. in Decreto de reformatione matrimon. cap. 1. ibi: Quibus denun- ciationibus factis, si nullum legitimum opponatur impedimentum ad celebrationem matrimonij in fa- cie Ecclesiae, procedatur: quatenus ibi loquitur de officio parochi, & nullam desiderat ad hoc licentiam Ordinarij, ita probauimus late lib. 2. practice, quest. 2. num. 9. vers. ego autem, & Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 7. numero 7. Manuel Rodrig. in 1. tom. fac Summa in 2. editione, cap. 217. numero 11. & Thomas Sanchez de matrimonio lib. 3. disputacione 11. numero 2. & 20. quod praxis communis obtinet: vt autem dicatur matri- monium celebrari in facie Ecclesiae, opus non est, vt in ipsa Ecclesia materiali, vel in eius limine cele- bratur: sed satis est coram fidelium multitidine ho- die per Concilium coram parochio, & duobus, vel tribus testibus celebrari, vt cum aliis probat San- chez vbi supra, d. num. 20.

Secundo, quod opposito impedimento, potest parochus interdixere matrimonium, non autem de impedimento cognoscere: sed debet rem Ordinario remittere, vt de impedimento cognoscat ex text. in cap. final. in fine principij de clandestin. desponsa- tione, in iuncto cap. 1. de consanguinit. & affinit. & tenent Hostiens. & communiter DD. in d. cap. finali, & nos vbi supra, nec non & Greg. Lopez in l. 1. in gloss. deuen-

veder. tit. 3. partia 4. Segnus Davalos in Director. in- dic. Ecclesiastic. 2. parte, cap. 16. num. 4. & alios citans Manuel vbi supra, num. 10. & Thomas Sanchez num. 3. Zeuallos in practice, quest. 40. num. 49. & in praxi hos etiam obseruatur.

Non tamen licebit parochus assistere matrimonio frangenti aliorum sponsaliorum fidem, sed tenetur remittere ad ordinarium, vt bene aduersus Seguram vbi supra, cap. 15. num. 12. probat Thom. Sanchez vbi supra num. 3. vbi num. 6. idem tenet contra Philarcum, quando contrahentes, qui prius affirmarunt impedi- mentum, & postea id negarunt, etiam si aliter probari non possit, nisi in casu de quo ibi per eum, Ordinarium tamen possit credere opposito priorum sponsalium cum alia, impedimento factenti illa, dicentique sicte promississe, si notabilis sit disparitas inter promittentem, & recipientem promissionem, quod ibi num. 7. late probat.

Similiter parochus assistere non debet matrimo- nio eorum, cuius alter falsus est votum emisisse, sed eo non teneri, quia sicte vult, quamuis enim con- fessarius in foro conscientiae fidem praecantem adhibere debeat, non tamen in foro exteriori ad quem matrimonium pertinet, & etiam in iuramento me- tu coactio non credi, nisi in foro penitentiae dicenti se caruisse animo se obligandi, nisi nullo alio pacto constet de voto emisso, praeterquam ex confessione volentis contrahere, tunc enim libi votum fateatur, & simul defectum animi obligandi, est ei fides ad- hibenda, prout hanc opinionem esse tenendam, re- iecta longa distinctione aliorum, late & bene probat Thomas Sanchez lib. 3. de matrimonio, disputacione 15. num. 2. 9. & 10.

Qui num. 12. recte etiam probat non posse paro- chum, dum ei constat extra confessionem de impedi- mento occulto, vt voto, publice petenti matrimo- nium ministrare: secus in Ordinario, vbi nulla alia via probari possit impedimentum.

Quod si Ordinarius, vel parochus sciat impedi- mentum, & impeditos obtinuisse dispensationem pro solo conscientiae foro, si nemo denunciare impe- dimentum, possunt dissimulare, eosque matrimo- nio coniungere, vt post longam disputacionem con- cludit Thom. Sanchez vbi supra, num. 14.

Qui num. 15. contrarium probat, si aliquis denun- ciet impedimentum illud parochi, vel Ordinario, quia eo casu neuter potest dissimulare, sed tenetur non admittere dispensationem, nec illos coniunge- re debet, donec dispensationem in foro exteriori as- serant secundum Nauarrum, Manuel, Rodrig. & Vegam, quos ad hoc citat.

Quod si notatio ex iudicis commissione, vel ipso iudice confessiones contrahentium recipere ex officio, nullo opponente impedimentum, contra- hentes affirmet se aliquo impedimento impediendi, vel dirimenti laborare, obtinuisseque dispensationem occultam in foro conscientiae, poterit notarius, vel iudex id non scribere, sed adnoscere illum, vt taceat, & se corrigat ibi negando, vt potest, vtendo a- quiuocatione, verbi gratia, dicendo se non vultisse intelligendo ita, vt modo impediatur matrimonium, cum iam dispensationem obtinuerit impediendi, vt probat Thom. Sanchez vbi supra, num. 16.

Inter alia impedimenta contrahendi matrimo- ni, illud adijcitur, quo solent Praelati praecipere, ac parochus rusticos in matrimonium coniungas, vt que- sciant Doctrinam Christianam, ipsosque sub- ditos compellere ad hoc, & parochos, vt etiam inter- rogetur: quod fieri posse affirmat Didac. Perez in l. 1. in 1. lib. 1. Ordinament. fol. 19. columna secunda, in versu, alud etiam se offerit dubium, dicens, ista sententia lata a Metropolitano Salmantino pronunciatum fuisse, & sic.

D. Ioan. Gutierrez

et sequitur Manuel Rodrig. in 1. tom. sua Summa in se-
cunda editione, c. 88, n. 2. sed hac sententia dubia est, si-
quidem à iure non inuenitur statutum simile impe-
dimentum, & Episcopi non sic noua impedimenta
statuerent, sed Ecclesie: posset tamen prædicta facere
suauiter, & bono modo, quando contrahentes non
insistant breui tempore eos derinere, donec Doctri-
nam Christianam addiscant, ut recte obseruat San-
chez vbi supra, num. 19, addens non esse curandum, ut
sciant peccata mortalia, & potius rudibus valde no-
cere ea edoceri, & cetera esse peccata lethalia.

9 Parochus autem tenetur habere librum in eo que
scribere coniugum, & testium nomina, locum, &
tempus contracti matrimonij sub culpa mortali,
quia hoc tendit in finem vitandi lites, & vt Ecclesie
constet de matrimonio, & licet Concilium Trid.
in hoc non vtriusque verbis adeo rigidis, quia dicit: ha-
beat parochos apud se librum, &c. ex fine tamen,
quem intendit, colligitur velle obligare ad mortale
culpam, & ita tenent Sanchez vbi supra, d. cap. 217, in fin. Bartholom. à Ledesma de matri-
monio cap. 7, numero 4, & Manuel Rodriguez vbi su-
pra, d. cap. 217, in fin. Bartholom. à Ledesma de matri-
monio, dubio 21, fol. 131, vers. & adnotare, quos refert San-
chez vbi supra, d. lib. 3, de matrimonio, disp. 15, num. 22.
vbi quod quando aliquis de licentia Ordinarij absi-
sit matrimonio, tenetur parochum admonere, vt
scribat in libro, vt seruetur præd. Decretum Conci-
lij Trident. non autem opus est authentica notarij
subscriptione, sed satis esse simplici parochi, secun-
dum Veramerucem in Appendice ad Specul. coniug. du-
bio 12, conclusionem secundam.

10 Quid autem dicendum sit de Ordinario, vel pa-
rocho, qui in sacramento confessionis nouit impe-
dimentum dirimens matrimonium volentium con-
trahere, an possit, vel teneatur illis denegare matri-
monium? agit latissime idem Sanchez d. lib. 3, de ma-
trimonio, dispensatione 16, per totam: vbi triplicem exa-
minat questionem: Primam, an sacerdos possit, vel
ei liceat vti scientia confessionis ad externam gu-
bernationem, vt faciat, vel omittat aliquam, que
alias non esset facturus, vel omittendus: Secundam,
an teneatur? Tertiam, qualiter se habere debeat vbi
in confessione nouit impedimentum matrimonij,
quæ est propria nostra questio. Primam igitur su-
pra. questionem pro vtraque parte late examinans
refert duas opiniones. primam affirmatiuam docen-
tem, id licere, quando effici potest absque periculo
derelictionis confessionis: quare cum in gratuitis, vt
sacerdos liberam facultatem habet, nulla denegandi
causa requiratur, sed mera voluntas sufficiat, po-
test sacerdos omnino iuuari ex confessionis scientia,
& facere, quæ aliter facturus non esset, aut de-
negare, quæ alias concederet, vt in gratuita electio-
ne non eligere, quem in confessione nouit indig-
num, & amouere ob eandem noticiam ab officio ad-
nutum amouibile quando autem res non est gratui-
ta, sed alius habet ius, cum requiratur aliqua causa,
non potest ex sola confessionis notitia, nisi alias cau-
sas allegare possit, amouere ab officio, aut denegare
suffragium, vt si officium non est ad nutum amouibi-
le, vel si quis præferretur à patrono, & ex sola con-
fessione nouit Prelatus cum esse indignum: quia in
priori casu, cum causa suspicio peccati detecti in confes-
sione: in posteriori vero, cum exigatur causa iusta,
nullaque alia allegari possit, potest esse rationabilis
suspicio alicuius indignitatis illius, quæ tamen ex
sola confessione cognita est, quamquidem primam
sententiam, & distinctionem sequuntur communi-
ter DD. esse receptissimam, vt constat ex allega-
tis per Sanchez, ibi numero 2, vbi num. 4, inquit negari

non posse esse probalissimam: quæ sine vilo ser-
pulo meo iudicio sequi, & teneri potest. Secunda
opinio in prædict. prima questione negatiue indif-
finitè docet: non licere vti extra confessionem
scientia per confessionem habita, sed se habere de-
bere confessarium ac si nihil in confessione sciret,
quam tenent Armill. Añrea in sua Summa ver. confes-
sion. num. 7, & Bannes in 2. 2. quest. 33, artic. 1. ad finem:
§, ad confirmationem respondetur, & eam latissime com-
probat Sanchez vbi supra, numero 3, & multo magis
placet eidem numero 4, sed prior est receptissima, vt
prædiximus in secunda questione principali: Tho-
mas Sanchez vbi supra, numero 6, refert communem
sententiam Doctorum tenentium, non solum sacerdotem
posse vti scientia confessionis ad externum
regimen, vt habet præfata prima receptissima sen-
tentia in præcedenti questione, sed etiam teneri ea
vti, & negare suffragium, &c. indigno notò per con-
fessionem casu, quo teneatur, si extra confes-
sionem conscius esset indignitatis illius: quam senten-
tiam ipsemet Sanchez numero 7, probabile esse af-
firmat, quamvis sibi magis placere dicat contrariam
cum Diuo Thoma. Palud. Syluest. & Ludou. Lopez,
quos refert: sed retenta priori, eam intelligi in suo
proprio casu, nempe in gratuitis, & quando id fieri
potest absque periculo derelictionis confessionis, &
non alias.

In tertia questione principali, quæ ad nostrum
tractatum de matrimonio pertinet, Sanchez vbi su-
pra, numero 8, & sequentibus refert quinque di-
versos modos Doctorum: posteaque numero 14, cum sequen-
tibus tribus conclusionibus questionem hanc resoluit:
cuius dicta breuiter reasumam, & in quolibet meum
sensum insinuabo: vt claritate solita procedendo,
vniquisque facile, quod certius sibi videbitur,
desumat.

Primus dicendi modus est, debere parochum oc-
culte monere contrahentes, quod si nolint desiste-
re, non possit solum ministerium negare absque si-
gilli periculo: teneri eos matrimonio coniungere:
ita tenere affirmat Alens. Diuum Bonauent. Altifi-
driedum, Palacio, Philare, Manuel, Rodrig. Henric.
Angel Syluest. Tabien, & Maiol, quos citat: sed il-
lud de monitione præuia, securum non videtur.

Quia sigillum confessionis obligat non solum re-
spectu aliorum: sed etiam ipsius penitentis: non
enim solum tenetur sacerdos non detegere aliis pec-
catum auditum in confessione, sed etiam tenetur
nullo modo loqui de ipso cum penitente extra con-
fessionem, nec exprobrare, nec conijcere illi crimen,
nec in memoriam reducere, vel reuocare quia quam-
uis aliud facere non sit proprie fractionis sigilli, est ta-
men quoddam genus, quæ reuelationis, & offendi-
tur sigillum, vt cum alijs plurimis docet Sanchez
vbi supra, d. dispensatione 16, numero 3, in vers. 2, quia si-
gillum confessionis.

Secundus modus est in propria specie, quando
volentes contrahere matrimonium publice petunt,
an teneatur parochus eos coniungere & teneri pro-
batur, quia ob peccatum cognitum in occulto pen-
itentia foro, non potest contrahentes priuare iu-
re, quod habent petendi matrimonium in foro Ec-
clesie, dum in eo lateret impedimentum, ita tenent
Adrian. Soto, Nauar. Medina. & alij Doctores in
materia Eucharistia loquentes, quos refert Sanchez
vbi supra, numero 9, sentientes aliud esse, si occulte
id petant.

Tertius est, absolute non debere parochum ab-
stinere à tali matrimonio ministrando, vt ex Me-
tymsa, & Enriquez cum quadam moderacione re-
fert Sanchez vbi supra numero 10.

Quartus, si minister non tenetur ex officio, quia
non

non est proprius parochus, licet ab eo habeat li-
centiam assistendi matrimonio, potest, & debet ne-
gare, quia est voluntarius minister, vt vici proximi
peccatum: sic vero tenetur ex officio, non potest
negare sacramenta etiam occulte petita, quamuis
cesset periculum fractionis sigilli: quia scita in con-
fessione, & sic in conscientia foro non tribuunt ius
negandi ministerium alias debitum, ita tenent Palud-
dan, in quarto, distinctione 21, quest. 3, articulo 3, nume-
ro 60, & in simili, quando peccator occultus per so-
lam confessionem notus perit Eucharistiam, paro-
chus non potest ei denegare tempore quo tenetur
ministrare, secus alias quando non est parochus, vel
etiam si sit parochus, tenetur petere quando non tenetur
ministrare, tenent plures DD. quos citat Sanchez
vbi supra, numero undecimo, vbi declarat, quomodo
hoc præcedat.

Vltimus dicendi modus est, vt si sit parochus,
possitque circa confessionis suspensionem se exime-
re, bene faciet se eximendo, si vero nequeat, te-
netur ministrare matrimonio: si autem parochus
non sit, quamuis habeat licentiam ministrandi, de-
bet se excusare, ita tenent Soto, Cordoua, Ledes-
ma, Veracruz, quos refert Sanchez dicta dispensa-
tione 16, numero secundo, vbi quod hi Doctores non dis-
tinguunt, an peccator ille publice petat matrimo-
nium, an occulte, licet distinguant in simili de Eu-
charistia, & hic modus placet præ alijs eidem Au-
thoribus ibi numero 13, rejecta prima opinione receptis-
sima, de qua supra: nempe occulte petenti, possit
etiam parochum negare, vt docent Doctores in se-
cundo docendi modo relati: publice autem petenti,
non posse parochum negare secus in alijs sacerdoti-
bus, qui licet ex licentia ministrare possunt, cre-
dit tamen nec parochum, nec alios sacerdotes te-
neri negare, siue alter publice, siue occulte petat,
sequendo prædictam priorem sententiam princi-
palem.

Ego autem, qui prædictam receptissimam sen-
tentiam, vt veniorem, & receptiorem amplexus-
sum, hunc quintum dicendi modum, & distinctio-
nem, vt supra factam, atque relaxam sequor, &
omnino probò: Sanchez vero sequendo suam, &
sic secundam opin. quæ habet, vt vidimus: non licere
sacerdoti vti scientia confessionis ad externos
actus extra confessionem, aliud censet, statuendo
tres conclusiones. primam numero 14, quod paro-
chus, siue quicumque alius Sacerdos habens licen-
tiam assistendi matrimonio, vel ministrandi quod-
cumque aliud sacramentum non possit expellere
peccatorem etiam occulte petentem, ob solum pec-
catum in confessione notum: sed vt dixi illa opinio,
cui Sanchez in hoc inuenitur, est contra receptio-
nem & rependam, licet videatur probabilis, ideo
proculdubio in actu publico sequor primam, & sic,
vltimum dicendi modum supra relaxam.

Secundam conclusionem statuit iuxta suam sen-
tentiam Sanchez vbi supra, num. 15 in hunc modum,
quod si talis peccator occulte petat, potest con-
fessor ipsum secreto monere, vt desistat, prout in-
quit fateri vniuersos Doctores citatos pro omni-
bus sententijs, sed hoc videtur non securum, vt
prædiximus, nisi ea monitio fiat prius obtenta
licentia ab ipso penitente, vel intra confessio-
nem, vt hoc vitium docet vterque Ledesma,
vbi supra, in secunda parte, questione decima, articu-
lo 5, dubio quarto, §, Prætere si Provincialis, alter de pen-
itentia, dubio 32, conclusionem 7, & vtrumque probat
Sanchez d. num. 15, post principium: ibi dicendum ta-
men est.

Tertiam conclusionem ipse statuit numero 16,
credens non teneri confessorem petere licentiam

à penitente, vt eum moneat de peccato, quod vult
admittere: sed tantum in confessione teneri, cum
monere, vt ibi bene probat: transeat.

CAPITVLVM LXI.

*An ex aliqua causa possit valide contrahi matri-
monium absq. parochi, & testibus?*

S Y M M A R I V M.

- 1 Matrimonium post Sanctum Concilium Tridenti-
num non aliter contrahi potest, quam coram paro-
cho, & testibus, vt in ipso Concilio decernitur, quod
etiam procedit in foro conscientie.
- 2 Matrimonio nulliter de facto clandestine contracto
absq. parochi, etiam eo confirmato possunt idem
contrahentes absq. dispensatione (si nullum aliud
impedimentum proponatur) de nouo inter se matri-
monium celebrare, seruata forma Concilij.
- 3 Matrimonio contracto coram parochi, & testibus
nulliter tamen ob impedimentum occultum, an pos-
sint obtenta eius dispensatione si verum coram paro-
cho & testibus celebrandum, vel ratificandum? rem-
issime.
- 4 Matrimonium in mortis articulo, deficiente copia
parochi, an possit valide sine parochi assistentia cele-
brari, quando matrimonium valde necessarium est?
& numeris sequentibus.
- 5 Forma inducitur ex Decreto irritante: & etiam quan-
do statutum aliquod exprimit iuxta actum conscien-
tiam, aliter quam iure communi sic dispositum, vt in
numero 6.
- 6 Forma iradata à lege, vel statuto est omnino seruanda,
aliter actus est nullus.
- 7 Matrimonium publice contractum coram maiore
parte vicinis absq. parochi non valet.
- 8 Matrimonium ob inuincibilem ignorantiam Conci-
lij Tridentini, vbi illud obligat celebratum sine paro-
cho, & testibus, non valet.
- 9 Lex est non afficiat ignorantes, quoad penam extrin-
secam: si scius tamen est quoad penam intrinsecam
annulationis actus & n. 21.
- 10 Matrimonium celebratum absq. parochi, & testi-
bus in locis, vbi nunquam fuit publicatum, vel rece-
ptum Concilio, valet.

Sacrum Concilium Tridentinum sessione 24,
ca. 1, in Decret. de reformatione matrim. decreuit,
vt non aliter, quam præsentè parochi, vel alio
Sacerdote de ipsius parochi, seu Ordinarij licen-
tia, & duobus, vel tribus testibus matrimonium
contrahatur, cum Decreto irritante contractus ali-
ter facti: quod etiam procedit in foro conscientie,
vt tenet Petrus de Ledesma de matrimonio, quæstio-
ne 45, articulo 5, versic. est verum dubium, pagina 178, co-
lunna 2, & Zeuallos practic. questionum commun. con-
tra Commun. questione 604, num. 76, quod quidem pro-
culdubio est.

Et quæ matrimonium sine parochi clandestine
contraxerunt, & consummauerunt, possunt, si nul-
lum aliud impedimentum adest, sine dispensatione
de nouo in facie Ecclesie matrimonium contrahere,
vt cum declaratione Cardinal. ad hoc expressè
tradit Salzed. in addis, ad Bernard. Diaz. de Lug. in
Practic. crimin. Canon. ca. 73, de clandestinis nuptiis in-
teressentibus, folio 237, versiculis quarto, vbi hoc pro-
bat aduersus Maiolum: in nonnullis tamen casibus
dubitant, & agunt DD. an excipi debeant ab hac
regula?

Q Inter